

Holbracht de Loijm captivus, promittit summam centum quinquaginta marcarum, cum lorica calibea et duabus balistis, Vladislao regi persolvere.

166

Ego Holbracht de Loijm, recognosco tenore presentium ad quos devenerint, quibus expedit universis, quod quemadmodum anno presenti infrascripto, in campo terre Prussia dicto Grunwalt vexillis sub micantibus in conflictu generali captus existens serenissimo principi Domino ac Domino Vladislao Dei gratia regi Polonia etc: captivitatem ipsam fideliter compromisi, ratione cuius captivitatis sub fide Katholica et communi, quam uniuersique promissam ut bonus servare teneor, et sub honore naturali quam militie, presentibus firmiter paucor et obligor, centum cum quinquaginta sexagenis laterum grossorum Pragensium numeri consueti, una cum lorica calibea et duabus balistis valentibus. Quarum quidem centum quinquaginta sexagenarum medietatem octo diebus ante carnisprivium proxime venturum, una cum lorica calibea et duabus balistis predictis, et residuam medietatem ad festum sancti Georgii immediate subsequens, predicto Domino regi, ipsiusque totius regni sub fide Katholica et sub fide naturali quam uniuersique servare teneor, promissam, etiam sub honore tam militari quam naturali, modis omnibus, prout ad bonum pertinet dare et solvere integraliter et in castro Fracoviensi reponere ad manus illius, qui pro tunc senior fuerit, spondeo, paucor

paciscor et promitto sine dolo et fraude, sine colore quolibet exquisito, totaliter, indilate. Si autem ea contingenti aliquo, medio tempore, quo ipsam pecuniam cum rebus predictis me solvere obligavi, dominus meus naturalis et hereditarius, sive quispiam alius homo, me, quod absit, incaptivaverit, aut bona mea et possessiones tam mobiles quam immobiles arestaverit, retinuerit, receperit, vi aut iure, aut vendere mihi prohibuerit, hijs omnibus non obstantibus, nec etiam patre, matre, fratribus, sororibus, vel quibuscunque amicis in occasionem sumptis subsidianam, semper teneor ipsam solvere pecuniam et promitto, nec quibusvis coloribus exquisitis à solutione ipsius pecunie et rerum, me debeo subtrahere, nec aliqualiter cavere. Ita tamen quod si pecuniam promissam una cum rebus nominatis integraliter in terminis premissis non solvero, nec in locum predictum reposuero; ex tunc fide et honore omni hominum, anseri debeo abiudicatus et privatus. Promittens insuper sub fide, pacto et conditionibus superius expressatis, quod medio tempore, quo inter predictum dominum regem et Cruiiferos litium controversia vident, ipsis Cruiifens contra et adversus dominum regem predictum, totumque regnum Polonia, et etiam adversus illustrem principem dominum Allexandrum Dei gratia alias Witoldum, supremum ducem Lithuaniae, terrasque ipsius, assistere non debeo, publice vel occulte, auxilio, consilio, duntaxat domino meo naturali excepto, sub quo resideo, quod si

quod si eundem Dominum meum ad eos trahere contingat personaliter, eatunc me cum eodem domino trahere oportebit. In cuius rei testimonium meum proprium sigillum est subappensum. Datum Cracovia in vigilia beati Thome apostoli, sub anno Domini millesimo quadringentesimo decimo.

Takopia przepisana z oryginalu paragaminowego, dnia 23. miesiąca Grudnia 1782. Roku. Pieczęć prymim nie maaz, znak tytko iu by: ta zawieszona pozostat.

